



Università
di Genova

CeLD

Centro dipartimentale 'Latina Didaxis'

Corso di formazione
La metafora fra potenza retorica e dottrina fantastica

15 aprile 2026

Francesca Romana Berno

Sapienza università di Roma

Immagini di luxuria



Piano della lezione

- *Definizione minima di luxuria*
- *Rassegna di personificazioni latine (Plauto, Seneca, Persio)*
- *Esito allegorico cristiano (Prudenzio)*

G. Moretti, A. Bonandini (eds.)
Persona ficta. *La personificazione allegorica nella cultura antica fra letteratura, retorica e iconografia*,
Trento 2012



Premesse

Luxuria come vizio onnicomprensivo

Luxus + suffisso desiderativo: lusso, eccesso, desiderio, stortura (*luxatio*), calore e mollezza

➡ donne, ambienti barbari esotici

Opposto alla virtù: rigore, virilità, misura, freddo

➡ spesso personificato sotto forma di figura femminile pericolosamente seducente



Entrata in scena: Plauto, Trinummus

LVXVRIA Sequere hac me, gnata, ut munus fungaris tuom.

INOPIA Sequor, sed finem fore quem dicam nescio.

LVX. Adest. em illaé sunt aedes, i intro nunciam.—

...

primum mihi Plautus **nomen Luxuriae indidit;**
tum hanc mihi **gnatam esse voluit Inopiam.**

sed ea huc quid introierit impulsu meo 10
accipite et date vocivas aures dum eloquor.
adulescens quidam est, quí in hisce habitat aedibus;

is **rem paternam me adiutrice perdidit.**

quoniam ei, qui me aleret, nil video esse relicui,
dedi ei meam gnatam, quicum aétatem exigat. 1!

...

- Personificazione
- connessione *luxuria* -denaro-donne (*inops amator*)
- suggestione platonica? Eros figlio di *penia*



Seneca: luxuria inventrice

- Ingegneria contro natura
- Connessione con l'avidità
- *adynaton*

4b.13.4 Hoc quod illa fluere et patere omnibus uoluit, cuius haustum uitae publicum fecit, hoc quod tam homini quam feris auibusque et inertissimis animalibus in usum large ac beate profudit, **contra se ingeniosa luxuria redegit ad pretium**: adeo nihil illi potest placere nisi carum. Unum hoc erat quod diuites in aequum turbae deduceret, quo non possent antecedere pauperrimum: illi, cui diuitiae molestae sunt, excogitatum est quemadmodum **etiam caperet aqua luxuriam**. ...

3.17.1 Multa hoc loco tibi in mentem ueniunt quibus urbane in re incredibile fabulae dicas, "non cum retibus aliquem nec cum hamis sed cum dolabra ire piscatum! Expecto ut aliquis in mari uenetur." ... 2. Hoc miraris accidere: **quanto incredibilia sunt opera luxuriae, quotiens naturam aut mentitur aut uincit?** In cubili natant pisces, et sub ipsa mensa capitur qui statim transferatur in mensam: parum uidetur recens mullus, nisi qui in conuiuiae manu moritur; uitreis ollis inclusi afferuntur et obseruatur morientium color, quem in multas mutationes mors luctante spiritu uertit; alios necant in garo et condiunt uiuos. 3. Hi sunt qui fabulas putant pisces uiuere posse sub terra et effodi, non capi! Quam incredibile illis uideretur, si audirent natare in garo pisces nec cenae causa occidi sed super cenam, cum multum in deliciis fuit et oculos ante quam gulam pauit?

	Punto di vista dello stolto	Punto di vista del saggio
inverosimile	Pesci sotterranei	Pesci vivi nella salsa
dato di fatto	Pesci vivi nella salsa	Pesci sotterranei





Seneca: Luxuria che dissolve

- Baia residenza di *luxuria*
- Banchetto contro natura
- Determinismo ambientale
- Riferimenti politici
- Strategie di combattimento

[1] Quomodo quisque potest, mi Lucili: tu istic habes Aetnam ... nos, utcumque possumus, contenti sumus **Bais**; quas postero die quam attigeram reliqui, locum ob hoc devitandum, cum habeat quasdam naturales dotes, **quia illum sibi celebrandum luxuria desumpsit**. [2] 'Quid ergo? ulli loco indicendum est odium?' Minime; sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis convenit quam aliqua ... sic regio quoque est quam sapiens vir aut ad sapientiam tendens declinet tamquam alienam bonis moribus. [3] Itaque de secessu cogitans numquam Canopum eliget, quamvis neminem Canopus esse frugi vetet, ne Baias quidem: **deversorium vitiorum esse coeperunt. Illic sibi plurimum luxuria permittit, illic, tamquam aliqua licentia debeat loco, magis solvitur**. [4] Non tantum corpori sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus; quemadmodum inter tortores habitare nolim, sic ne inter popinas quidem. **Videre ebrios per litora errantes et comessiones navigantium et symphoniarum cantibus strepentes lacus et alia quae velut soluta legibus luxuria non tantum peccat sed publicat, quid necesse est?** [5] Id agere debemus ut **irritamenta vitiorum** quam longissime profugiamus; indurandus est animus et a blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Una **Hannibalem** hiberna solverunt et indomitum illum nivibus atque Alpibus virum enervaverunt fomenta Campaniae: armis vicit, vitiis victus est. ... [8] Fortuna mecum bellum gerit: non sum imperata facturus; iugum non recipio, immo, quod maiore virtute faciendum est, excutio. **Non est emolliendus animus**: si voluptati cessero, cedendum est dolori, cedendum est labori, cedendum est paupertati; idem sibi in me iuris esse volet et ambitio et ira; inter tot affectus distrahar, immo discerpar.[10] His cogitationibus intentum loca seria sanctaque eligere oportet; **effeminat animos amoenitas nimia**, nec dubie aliquid ad corrumpendum vigorem potest regio... [12] **Habitatum tu putas umquam fuisse illic M. Catonem, ut praenavigantes adulteras dinumeraret et tot genera cumbarum variis coloribus picta et fluvitantes toto lacu rosam, ut audiret canentium nocturna convicia?** nonne ille manere intra vallum maluisset, quod in unam noctem manu sua ipse duxisset? Quidni mallet, quisquis vir est, somnum suum classico quam symphonia rumpi? [13] **Sed satis diu cum Bais litigavimus, numquam satis cum vitiis, quae, oro te, Lucili, perseguere sine modo, sine fine; nam illis quoque nec finis est nec modus**. Proice quaecumque cor tuum laniant, quae si aliter extrahi nequirent, cor ipsum cum illis reveliendum erat. Voluptates praecipue exturba et invisissimas habe: latronum more, quos 'philêtas' Aegyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent. Vale.

*Seneca: luxuria che
distrugge*

Epist. 95.18 Quid alios referam innumerabiles morbos, **supplicia luxuriae**? 19. Vide quantum rerum per unam gulam transitarum permisceat **luxuria, terrarum marisque vastatrix**. Necesse est itaque inter se tam diversa dissideant et hausta male digerantur aliis alio nitentibus... Inde tam novo aegrotamus genere quam vivimus... 27 Piget esse iam singula: coguntur in unum sapes. In cena fit quod fieri debebat in ventre: expecto iam ut manducata ponantur... '**Gravest luxuriari per singula**: omnia semel et in eundem saporem versa ponantur. Quare ego ad unam rem manum porrigam? plura veniant simul, multorum ferculorum ornamenta coeant et cohaereant. 28. ... Pariter sint quae disponi solent, uno iure perfusa; nihil intersit; ostrea, echini, spondyli, nulli perturbati concoctique ponantur.' **Non esset confusior vomentium cibus**. Quomodo ista perplexa sunt, sic ex istis non singulares morbi nascuntur sed inexplicabiles, diversi, multiformes, adversus quos et medicina armare se coepit multis generibus, multis observationibus. **Idem tibi de philosophia dico**. Fuit aliquando simplicior inter minora peccantis et levi quoque cura remediabiles: **adversus tantam morum eversionem omnia conanda sunt**.

- Superamento delle distinzioni
- *Confusio = chaos*
- Simbologia del ventre
- Strategie di combattimento



Le ansie del Giovin Signore: Persio, Satira 5

'surge' inquit **Auaritia**, 'eia surge.' negas. instat. 'surge' inquit. 'non queo.' 'surge.' 'et quid agam?' 'rogat! en saperdas aduehe Ponto, castoreum, stuppas, hebenum, tus, lubrica Coa. 135 tolle recens primus piper et sitiente camelo. uerte aliquid; iura.' 'sed Iuppiter audiet.' 'eheu, baro, regustatum digito terebrare salinum contentus perages, si uiuere cum Ioue tendis.' iam pueris pellem succinctus et oenophorum aptas.140 ocius ad nauem! nihil obstat quin trabe uasta Aegaeum rapias, **ni sollers Luxuria ante seductum moneat**: 'quo deinde, insane, ruis, quo? quid tibi uis? calido sub pectore mascula bilis intumuit quam non extinxerit urna cicutae? 145 tu mare transilias? ... quid petis? ut nummi, quos hic quincunce modesto nutrieras, pergant auidos sudare deunces? 150 **indulge genio, carpamus dulcia, nostrum est quod uiuis, cinis et manes et fabula fies, uiue memor leti, fugit hora, hoc quod loquor inde est.**' en quid agis? duplici in diuersum scinderis hamo. huncine an hunc sequeris? subeas alternus oportet155 ancipiti obsequio dominos, alternus oberres.



- Abbinamento *luxuria/auaritia*
- Parodia di Eracle al bivio
- Parodia di Epicuro/Orazio

Il combattimento finale: Prudenzio

uenerat **occiduis mundi de finibus** hostis 310
Luxuria, extinctae iamdudum prodiga famae,
delibuta comas, oculis uaga, languida uoce,
perdita deliciis, uitae cui causa uoluptas,
elumbem mollire animum, petulanter amoenas
haurire inlecebras et fractos soluere sensus. 315
ac tunc peruigilem ructabat marcida cenam...
pocula lapsanti per uina et balsama gressu
ebria calcatis ad bellum floribus ibat. ...
o noua pugnandi species! non ales harundo
neruum pulsa fugit, nec stridula lancea torto
emicat amento ...; 325
sed uiolas lasciuia iacit foliisque rosarum
dimicat et calathos inimica per agmina fundit...

dentibus introrsum resolutis lingua resectam 423
dilaniata gulam frustis cum sanguinis inplet.
insolitis dapibus crudescit guttur, et ossa
conliquefacta uorans reuomit quas hauserat offas.
**"ebibe iam proprium post pocula multa
cruorem"**
uirgo ait increpitans, "sint haec tibi fercula tandem
tristia praeteriti nimiis pro dulcibus aeui.
lasciuas uitae inlecebras gustatus amarae 430
mortis et horrifico sapor ultimus asperat haustu."



- Pericolosità e straordinarietà
- Morte con contrappasso
- Significato ancora pagano